



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quid Constantinus animo conceperit, cum Christianis persecutio  
intentaretur. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

loca, in quibus versabatur Tyrānus quasi manu dixisset.

*Quid Constantinus animo conceperit, cum christianis  
persequutio intentaretur.*

CAP. III.

**Q**ui cum ne rumorem quidem de illis rebus quas diximus dissipatum amplius ferendum cerneret, modesta animi, ratione, rem secum reputare, & morum seueritate cum Clementia naturaliter sibi insita temperata, ad afflictorum liberationem maturare cæpit: existimans pietatis & sanctimonix munus esse, vt per vnus eadem infinita hominum multitudo seruaretur incolumis. Nam cum animo complexus esset se magna facilitate vsum hominisque commiserationem parum promerentis misertum, ei vtpote à malorum instituto minime recedenti nihil omnino profuisse, imò verò eius rabiem contra subiectos magis auxisse, adeo vt illis qui ab eo erant afflictati, nulla esset reliqua salutis spes, absque cunctatione dextram salutarem iis, qui essent in tam extremas calamitates prolapsi, porrigere instituit. Idcirco consuetum militaris expeditionis apparatus instituit. vniuersa agmina tam peditum, quam equitum, ad illum frequentia confluunt: quæ omnia antecedebant insignia certæ in deum fiducia, quæ crucis effigiem supra monstratam, pulchrè representarunt.

*Quod Constantinus adhibitis orationibus componebat se ad  
bellum: Licinius contra incantationibus.*

CAP. IIII.

**P**recibus, si vnquam aliàs, etiam iam sibi opus esse prope intelligens, dei sollicitare sacerdotes, vt semper cum ipso versari, semperque presto esse vellent: hosque tanquam quosdam animæ custodes ducere. Nunc vero qui tyrānidē propugnabat, cū auditione accepisset. Constantinū contra hostes nō aliter, quā per dei virtutē præfidiū ipsi afferentē victoriam conari cōparare, & eos, quos dixi, semper vnā cum illo versari, ei adesse, & salutaris Christi passionis insigne vniuersum illius exercitū perpe-